

PRÆSIDE ADAMO LANDAVO ME-
DICINÆ DOCTORE AC EIVSDEM ORDINARIO PROFESSORE,
 ad has de Elementis assertiones Egregius & Eruditus ingenuarum artium Magister Io-
 hannes Hintermairius Landshutanus Medicinæ candidatus, pro ingenij
 sui viribus publicè respondebit.



I. T H E S I S.

Iquidem medicorum omnium consensione corpus humanum artis medicæ subiectum est, non im-
 merito id ipsum ad minutissimas usq; particulas dissoluitur, quæ cum aliæ non sint, quam Elementa, rectè corpus hominis ex
 iisdem conflatum esse statuitur.

II.

Tametsi uero vox Elementi uariè usurpetur, nos tamen hoc loco posthabitis ab instituto nostro alienis significatis disses-
 remus de tali Elemento, quod corpus est simplex, ex quo quidq; constituitur: uel quod est minima eius rei, quam constituit,
 portio: Vtramq; enim definitionem ut ueram & perfectam tuebimur.

III.

Ex uno autem Elemento constare hominem, et si ueteres quidam Philosophi & Medici pluribus argumentis pertinaciter
 ostendere conati sunt, quia tamen homo, si constaret ex uno, non doleret, & aliæ absurditates inde consequerentur, falsam
 istam opinionem in uniuersum damnamus & explodimus.

IV.

Neq; probamus illorū sententiam, qui duo tantum, uel tria humani corporis Elementa astruunt, reliqua tanquam super-
 uacanea & ad rerum naturam constituendam prorsus inutilia rejciunt.

V.

Porro cum Veterum erroneas sententias non admittimus, Recentiorum quoq; crassissimos errores, maximè uero Paracelsorum
 nugatoria & imaginaria Elementa, Mercurium, Salem, Sulphur omnino deridenda, & uix digna iudicamus, de
 quibus inter homines doctos ac rationis capaces seriò disputetur.

VI.

Ratione namq; demonstrari nulla potest, id propriè uerum esse rei alicuius Elementum, quod nec per se primum, nec sim-
 plex corpus existit: Sed ex alijs seipso prioribus & simplicioribus naturis est compactum.

VII.

Præterea, cum ea sint existimanda corporis nostri genuina Elementa, quibus id ipsum constat & conseruatur atq; nutri-
 tur, nemo sanæ mentis eam constituendi, conseruandi, nutriendi q; vim rectè Mercurio, Sali, aut Sulphuri accommodabit,
 cum rebus istis corpora nostra potius destruantur, quam conseruentur.

VIII.

Si uero sensuum iudicio rem accuratius discutias, dici uix potest, quantum insulsissima hæc Paracelsorum opinio discre-
 pet ab omni ueritate, siquidem conspirantibus omnium sensuum suffragijs nihil in humano corpore bene ualeute Salis, mul-
 tis

IX.

Quod autem per ignem res omnes in hæc tria commentitia principia res (tamen minus Mercurij ac Sulphuris inuenies.
 solui posse somniant, id, si consulas experientiam, falsissimum percipes: Quandoquidem illæ non in Sulphur, Mercurium,
 Salem, sed in cinerem, aut liquorem aqueum, aut oleum, uel expirationem, uaporem & Elementa dissoluuntur.

X.

Non inficiamus, salem ex omnibus rebus utcunq; solidis & nullam omnino salsedinem gustui offerentibus industria hos
 minima elicit posse, quin immo concedimus ultra quod ut salem omnia habent, ita nihil existere, quod, præter aqueam humidis
 inde tamen non contingit, uicem aut laiem ignis attingere a ceteris materijs (tamen, oleo pinguisq; substantia careat,
 secretum & extractum, ita simplicita, pura, immixta, & omnis concretionis expertia esse, quin ex alijs adhuc simplicioribus Ele-
 mentis orta sint, in quæ tandem oleum & sal sua sponte transeunt & evanescunt.

XI.

Sed ut, relictis rudissimorum hominum nugamentis, proprius ad rem institutam accedamus, Elementa, ex quibus omnia
 componuntur, & in quæ tandem rediguntur omnia, non esse argentum uiuum, Sulphur aut Salem: nec liquorem, cinerem,
 oleum; nec uaporem & fumum (quamvis in hæc duo Chymistarum labores ut plurimum exspirent) non unum, non duo,
 non tria, nec plura quam quatuor, uidelicet ignem, aërem, aquam, terram constanter asserimus.

XII.

Hæc ipsa Elementa quoq; Hippocrates olim intellexit, cum hominem ex calido, frigido, humido, sicco constitutum esse
 scriptis memoriae tradidit: neq; eodem & absurditatis grauissimum hunc authorem peruenisse existimandum est, ut so-
 las qualitates, non autem ipsa Elementorum corpora crediderit ad constitutionem hominis requiri.

XIII.

Porrò licet in scholis Philosophorum dogma hoc ubiq; receptum sit, alteram qualitatem in Elementis esse remissorem,
 alteram uero summam, nos tamen non tam dissentendi studio, quam ueritatis amore, cuiuslibet Elemento binas, easq; sum-
 mas qualitates inesse cum Galeno probabiliter defendere conabimur.

XIV.

Vt autem seorsim cuiusq; Elementi naturam expendamus, ignem summe calidum & siccum, suaq; natura leuissimum in
 eamundi parte collocamus, que sita est inter aërem & orbem Lunæ, nec moramur Sophisticas quorundam rationes, qui nula
 lum Elementum ignis in naturarum existere contendunt; Salamandram autem uel quodvis aliud animal in igne diu uiues-

XV.

Ignis subest aëris, non nisi inferiorum Elementorum comparatione leuis, & summe quoq; calidus (cre posse negamus.
 humidusq;. Quoniam uero climata regionum ab aëre diuersis qualitatibus afficiuntur, nos cum Aviceanna contra Auerrhoes
 en regionem sub æquinoctiali & inter tropicos positam non inhabitabilem esse probabimus.

XVI.

Aquam unam cum terra globum efficere, & illam quidem sua natura frigidam, & humidam esse, nec absolute grauem: hanc
 autem extreme frigidam atq; sicciam grauissimamq;, manifestius est, quam quod disputando controuerti debere uideatur. In
 abstrusissimis autem terræ partibus cum alterius generis animalia, tum uiuos quoq; pisces reperiri, experientia constat.

XVII.

Quamvis autem nullum Elementum ex omni parte purum ac sincerum sit commixtionisq; expers, omnia tamen alicubi
 pura inueniri nequaquam dubitamus, cu imposibile sit ex simplicibus naturis non existentib; corpus aliquod compositum nasci.

XVIII.

Quatuor ista mundi Elementa, nisi patiantur & agant inter se mutationes subeant, nullum ex se corpus
 diuerse speciei producunt, quare nec atomos Epicuri, nec òuoi μερέαι οι Anaxagorgi, nec Pythagoricorum triangulos quicquam
 Cæterum licet Elementa sentiendi uim non obtineant, quia tamen infinitis mutationibus obnoxia sunt, nihil prohibet, quod minus ex ijs corpus sensu præditum concreseat. Quæ multiplex alteratio
 materiæ fidem propemodum omnem Astrologicis predictionibus detrahit.

XIX.

Vtrum uero Elementorum substantiae tñ, an qualitates solæ totis totæ misceantur, quanq; non admodum curiosè disquisi-
 tant Medici, quidq; quæstio hæc ad finē artis parum conferat, nè tñ consultò hanc disputationis subtilitatē defugisse uideamur,
 sententiam eorum amplectimur, qui qualitates solas totas permisceri arbitrantur.

XX.

Ab ijs etiam dissentire nequaquam uolumus, qui non Elementorū solas uires, uerum ipsorum quoq; substantias in mixtis
 rebus asseruari iudicant: Quamvis illæ non maneat integræ, aut sui iuris, sed mutua qualitatum pugnacilia ita uinciantur, ut
 uires suas liberè exercere in corpore mixto non possint.

7

BRASSIDE AVOMADA LIVIDA

DICINIE DOCUMENTA EVADEM OBLIVIOSE

PIUS HUARDIUS MATHIAS VASCO DE GAMA



A. 1568.
B. 1568.
C. 1568.

PIUS HUARDIUS MATHIAS VASCO DE GAMA



PIUS HUARDIUS MATHIAS VASCO DE GAMA

PIUS HUARDIUS MATHIAS VASCO DE GAMA

PIUS HUARDIUS MATHIAS VASCO DE GAMA